

Oraciones de Participio

1. Temeritas est florentis aetatis, prudentia senescentis.
2. Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis.
3. Maius dedecus est parta amittere, quam omnino non paravisse.
4. Bene facta male locata male facta arbitror.
5. Iacet corpus dormientis ut mortui; viget autem et vivit animus.
6. Est libido opinio venturi boni.
7. T. Manlius Torquatus Gallum in conspectu duorum exercituum caesum torque exspoliavit.
8. Caesar celeriter aggressus Pompeianos ex vallo deturbavit.
9. Inscitia pransi, poti, oscitantis ducis tantae caedis causa fuit.
10. Cenato mihi, etiam dormitanti, epistula est illa reddita.
11. Catilina ex urbe parum comitatus exiit.
12. Nicias Atheniensium imperator veritus classem portu educere opes eorum afflixit.
13. Dionysius in Italia classem opperiebatur adversariorum, ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum.
14. Massilienses et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi nostros eludebant.
15. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum.
16. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha gessit.
17. Herculem Germani, primum omnium virorum fortium, ituri in proelia canunt.
18. Hostes, montibus occupatis, Romanos itinere prohibuerunt.
19. Quae potest esse vitae iucunditas, sublatis amicitiiis?
20. Artes innumerabiles repertae sunt, docente natura.
21. Germani, desperata oppugnatione castrorum, trans Rhenum sese receperunt.
22. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna.
23. Quod afirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est.
24. Me libente eripis mihi hunc errorem.
25. Timotheus a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus.
26. Albani diruta Alba Romam traducti sunt.
27. Dionysius, cultros tonsorios metuens, candenti carbone sibi adurebat capillos.
28. Perditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare potest.
29. Hostes dilapsi sunt in oppida, situ urbium moenibusque se defensuri.

30. Consul, edicto ut, quicumque ad vallum tenderet, pro hoste haberetur, obstitit effuse tendentibus suis in castra.
31. C. Flaminius, cum tribunus plebis esset, invito senatu ad populum legem agrariam ferebat.
32. Lex Cassia lata est, auctore Scipione.
33. Sole oriente domo profecti sumus.
34. Vidi Catonem in bibliotheca sedentem, multis circumfusum libris.
35. Xenophon facit Socratem disputantem formam Dei quaeri non oportere
36. Grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formam.
37. Consulatus Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno divus Augustus.
38. Ab oppugnanda Neapoli Hannibalem absterruere conspecta moenia.
39. Regnatum est Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor.
40. Chartaginienses Capuae amissae Tarentum captum aequabant.